

**www.e-rara.ch**

**Fabrica et usus instrumenti ad horologiorum descriptionem  
peropportuni**

**Clavius, Christoph**

**Romae, 1586**

**ETH-Bibliothek Zürich**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-14531>

Caput XIII.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

HOROLOGIORVM DESCRIPTIO IN QVALIBET

superficie per umbram styli horologii alicuius Horizontalis.  
aut alterius cuiuscumque.

CAPVT XIII.



**T**RADIT Ioannes Baptista Vimeratus in libello de horologio-  
rum descriptione modum quendam facillimū, simplicissimumq;  
describendorū horologiorum ex umbra styli horologii Horizontalis,  
Sole lucente, hoc fere modo. Firmato horologio Horizontali ac-  
curate descripto in tabella aliqua plana, in qua sit ducta recta linea respon-  
dens lineæ meridianæ horologii Horizontalis prædicti, firmetur in eadē tabella pla-  
num aliud, quod illi adhæreat, siue æquidistet, si horologium aliud Horizontale  
describendum sit; vel ad ipsam rectam sit, aut inclinatum, lineamque meridia-  
nam tabellæ ad angulos rectos secet, si describendum sit horologium Verticale,  
aut Aequinoctiale, aut polare, inclinatum ve ad Horizontem; vel meridianam  
lineam secet ad angulos inæquales, si declinans horologium à Verticali propo-  
natur delineandum, siue illud inclinatum etiam sit ad Horizontem, siue non;  
vel denique lineam meridianam nullo modo secet, sed in tabella faciat lineam  
ei parallelam, vel eidem meridianæ lineæ insitit, si horologium Meridianum,  
aut ab Horizonte declinans construendum sit, habita tamen semper ratione de-  
clinationis, inclinationisque horologii describendi. Deinde assumpto loco sty-  
li in plano horologii construendi, figatur in eo gnomon cuiusvis magnitudinis  
ad horologii planum rectus: Mota autem tabella, vna cum horologio Horizontali  
in ea firmato, hinc inde, in loco aliquo Soli exposito, vt nimirum à Sole il-  
luminari possit, donec extremitas umbræ styli in horologio Horizontali cadat  
successiue in singulas horas tropici ☊, notentur successiue pro singulis horis  
singulæ extremitates umbrarum styli in futuro horologio: Ita enim inuenta  
erunt puncta omnium horarum tropici ☊, in horologio futuro. Quod si idem  
fiat in tropico ☋, & in lineæ æquinoctiali, vel in alio arcu cuiuscumque signi,  
vel denique in quauis alia linea horologii, etiam si horaria non sit, atque puncta  
respondentia in futuro horologio iungantur vel lineis rectis, vel curuis, prout  
res postulat, descriptum erit horologium in proposito plano. Hoc artificio  
quodlibet punctum Horizontalis horologii in futurum horologium transferri  
poterit, si tabella vnâ cum horologio in ea firmato circumuoluatur, donec um-  
bræ extremum in datum punctum cadat in horologio Horizontali, & eodem  
temporis momento in futuro horologio extremum etiam umbræ proprii styli  
notetur. Horologium autem ita descriptum, si in murum aliquem transferen-  
dum sit, augendum erit pro data styli longitudine, vt cap. 17. docebimus. Neq;  
enim in tabella circumduci commode poterit tantum planum, quantum requi-  
rit horologium in muro delineandum.

**FACILE** hac arte ex horologio Horizontali per superiora præcepta de-  
scripto delinearipotest aliud Horizontale ad datam styli magnitudinem, etiam  
minimam: quod vix per præcepta alia absolui potest. Immo eodem artificio  
describetur horologium in superficie quauis non plana, vt in concava; si plu-  
ra puncta pro singulis horis in ea notentur, quæ deinde decenter lineis connec-  
tantur, quæ angulos nusquam efficiant. Adde quod etiam in cylindro ad Ho-  
rizontem recto horæ designari hac ratione possunt, vt lib. 8. Gnomonices tra-  
didimus.

**LOCO** Horizontalis horologii vti poterimus, si adsit, horologio spheri-

*Qua ra-  
tione in  
quauis su-  
perficie per  
umbram  
styli horo-  
logij alicuius  
Horizontalis  
horologia  
describan-  
tur.*